



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 1. Preces publicæ contra Turcas a Callisto Papa institutæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
LIBER CXI.

CALLISTUS III. PAPA;  
POSTEA PIUS II.  
FRIDERICUS III. OCCIDENT.  
IMPERATOR.

§. I.

*Preces publicæ contra Turcas a Papa  
institutæ.*

Callistus III. vix conscenso summi Pon- Sæcul. XV.  
tificatus solio, maxime sollicitus e- A. C. 1456.  
rat, ut Christianos Principes adver-  
sus Turcas unire, & Mahometis II.  
*Hist. Eccles. Tom. XXVIII.* G g pro-

Sæcul. XV. progressibus obicem ponere valeret.  
A. C. 1456.

*Platina in  
vita Callisti  
III.*

tur, ut contra hunc Imperatorem inito  
foedere arma caperent, apparuit in aere  
cometa crinitus, qui totus igne flammis-  
que succensus videbatur. Vulgus aliun-  
de nimis credulum hoc portento ingen-  
tem calamitatem sibi præfagiri timebat,  
Callistus quoque summo terrore percul-  
sus, precibus & piorum operum exercitiis  
vacare necesse duxerat, ut sic saltem, in-  
quiebat, Deus placaretur, atque a malo,  
si quod gravius Christianis impenderet,  
eos præservare dignaretur. Quapropter  
publicas preces ac solemnes suppli-  
cationes indixit, nec non quotidie cir-  
ca prandii horam campanas pulsari præ-  
cepit, quarum signo omnes Christi fi-  
deles pro avertenda Dei ira preces fun-  
dere monerentur; ac insuper eo tempo-  
re omnibus orationem Dominicam, &  
salutationem angelicam ter recitantibus  
indulgentias concessit. Deus quoque  
supplicum vota exaudiisse videbatur.

§. II.

*Belgradum a Mahomete obsessum.*

Interea Mahometes ex centum quadra-  
ginta armatorum millibus, quibus  
Anno post Christum natum millesi-  
mo quadringentesimo quinquagesimo  
quarto